GREGORIUS MAGNUS. PS. AMPHILOCHIUS ICONIENSIS
1. Hälfte 12. Jh. Seite 109v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uniuersalis ecclesie positi. uel hereticorum bella. uel immi-
nentia ab infidelibus persecutionum tormenta conspiciunt; quidam rec-
te uiuunt. sepe pro bonis mala recipiunt. detractionum contu-
melias equanimiter ferunt. ut si persecutionis occasio suppe-
tat. tanto illos fortiores aperti hostes inueniant. quanto
eos et intra ecclesiam falsorum iacula non expugnant. Nam qui
abstatu pacientie ante linguarum uulnera corruit. ipse
sibi testis est quia contra manifeste persecutionis gladium non
subsistit. Quia ergo uir dei exercitatus presentibus contra uen-
tura. et exercitatus minimis. contra maiora nititur. recte
de eo dictum est. quod bellum procul odoratur. Sequitur. Exortatio-
nem ducum. et ululatum exercitus. Duces aduersae partis. sunt
erroris auctores. De quibus per psalmistam dicitur. Effusa est contem-
tio super principes eorum. et seduxerunt eos. uana eorum. et errare
fecit eos in inuio et non in uia. De quibus per semetipsam ueritas
dicit. Cecus si ceco ducatum prebet. ambo in foueam cadunt.
Hos autem duces exercitus sequitur. puerorum scilicet turba. que
iniquis eorum preceptionibus famulatur. Notandum quoque quod du-
ces exhortari. exercitum uero dicit ululare. quia uidelicet
hi qui infidelibus uel hereticis presunt. prua que teneri pre-
piunt. quasi exhortatione persuadent. Turba uero eis subdita
quia sine iudicio eorum uoces sequitur. dum per confusionis insa-
niam perstrepit. bestiali mente ululare perhibetur. Lupis quippe
proprie ululatus conuenit. et quia catuae reproborum. contra
uitam moresque fidelium sola rapacitate inhiant. quasi per u-
lulatum clamant. Equus ergo dei exortationem ducum et ulu-
latum exercitus procul odoratur. dum sanctus quisque predicator lon-
ge ante considerat quid uel auctores errorum contra electos
ualeant precipere. uel turba eis subdita quam possit
immanitur seuire. Hanc exortationem ducum odorabatur

l. x. i.
Quid sit quod duces exortari exercitum uero ululare dicitur.